



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Examen Confessariorum Repetitum**

**Schoonaerts, Gregor**

**Coloniæ Agrippinæ**

**VD18 14542323-001**

§. 2. De dispensatione in voto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41226**

lata est ad aliam materiam à reservatione libera-  
ram, & est veluti novum votum alterius ra-  
tionis; quam ob causam poterit etiam in eo  
per Episcopum dispensari.

### §. 2. De Dispensatione.

**D**ispensare in voto propriè est, *Obligationem voti vice, & nomine Dei relaxare*: proinde dispensatio in voto sine causa concessa, non tan-  
tum est illicita, sed etiam invalida; nam Deus non censemur consentire in relaxationem sui ju-  
ris, seu obligationis voti erga se contractæ sine  
causa. Proinde

In voto dispensans consideret honorem Dei, utilitatem Ecclesiæ, vel voventis &c. Similes causæ requiruntur, & sufficiunt ad dispensandum. Quia verò sæpè non constat de causæ sufficientia, dispensationi prudenter miscetur commutatio loco voti, V. G. castitatis imponendo jejunium, eleemosynam &c. juxta voventis statum.

1. Quam facultatem dispensandi concedunt au-  
thores Confessariis Ordinum mendicantium?
2. Lessius lib. 2. c. 40. dub. 13. num. 108. Confes-  
sores, inquit, Ordinum mendicantium pos-  
sunt ex privilegio Pontificis dispensare in  
omnibus votis, in quibus possunt Episcopi,  
(sc. jure ordinario) excepto voto peregrina-  
tionis ultra duas dietas, id est 40. milliaria Ita-  
lica, ut patet ex Compendio privilegiorum  
FF. Minorum num. 115. quorum Privilegia  
cum reliquis Ordinibus mendicantium com-  
municantur &c.

No

124 TRACTATUS DE VIRTUTE RELIGIONIS.

Ne quis tamen Religiosus inferior remere,  
sine consensu Superiorum, dispensationibus  
se ingerat.

2. In quibus votis jure ordinario dispensant  
Episcopi?

¶. In omnibus, exceptis his quinque Pontifici  
reservatis, excepto voto castitatis perpetuæ,  
voto Religionis approbatæ, voto peregrina-  
tionis ad limina Apostolorum, ad S. Jacobum  
Compostellam, & ad terram Sanctam.

Collige 1. Quod Episcopus possit dispen-  
sare in voto suscipiendi Ordines Sacros. 2.  
Quod possit dispensare in votis castitatis ad  
10. V.G. annos emissis. 3. Quod Episcopus  
possit dispensare in voto factò sub disjunctio-  
ne in materia reservata, vel non reservata,  
quamdiu res est integra, V.G. si quis sic voce-  
rit: Ibo Compostellam, vel eleemosynam  
erogabo 300. florenorum &c. quia tale vo-  
tum non est in materia absolute reservata.

3. An habens potestatem delegatam dispensandi  
in votis, habeat eamdem in juramentis?

¶. Neg. Quia vota & juramenta sunt obligatio-  
nis disparatæ.

C A P U T III.

*De Juramento.*

**Q**uia homo homini sèpè lupus propter frigi-  
dum illud, teste S. Greg. verbum, *meum*  
*est tuum*, & sèpè mentitur iniqitas sibi, *juramen-*  
*tum*